



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Quibus oblationes debeantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

thoritate ad praesentem terminant, differentia ista consistit in hoc, quod iudicialia quod ad ipsam substantiam operum licet observare, si nova stantur auctoritate: caeremonialia vero non licet nova auctoritate statueri: alioquin membra diuisionis non contra se inuicem ponerentur. Et si sic intelligitur, sequitur quod praecipuum de oblationibus non licitum est renovare, aut feruare, cuius contrarium in littera hic dicitur, & ab Ecclesia obseruatur.

¶ Ad hoc dicitur, quod differentia inter caeremonialia, & iudicialia non est intelligenda quod ad substantiam operum absolute, sed secundum eandem rationem formalem, hoc est, quod licitum est iudicialia olim in lege, facere iudicialia in ciuitate, vel regno: sed non est licitum caeremonialia olim in lege, facere caeremonialia in Ecclesia Dei. Sic enim intellecta differentia ista, ex opposito membro optimè distincta formaliter saluat. Quod ad substantiam namque operis licitum est id quod erat caeremoniale, facere, ut patet, si quis se causa sanitatis circumcideret. Et licet sensus iste sit uerus, & intentus, ex eo tamen non habetur solutio motae difficultatis de oblationibus, quoniam oblationes inter caeremonias erant, ut hic, & ex praecedenti libro q. 101. articulo 4. ad ultimum habes, & nunc inter caeremonialia continentur: quoniam Deo offeruntur in processationem subiectionis nostrae: & ipsa oblatio cultus est Dei exterior. Si ergo, non licet olim caeremonialia nunc, ut caeremonialia exercere, quomodo licite sunt oblationum caeremoniae, uidentur restare.

¶ Si quis autem diligenter inspiciat rationem, quare caeremonialia sunt mortifera, & Ecclesiae con-

gulos annos mihi festa celebrabitis, & postea subditur: Non apparetis mihi in conspectu meo vacuus. ergo ad oblationes non tenentur nisi homines ex necessitate praecipiti. ¶ 2. Prae. Oblationes antequam fiant, in uoluntate hominis consistunt, ut per hoc quod Dominus dicit Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, quasi hoc arbitrio offerentium relinquatur: postquam autem oblationes sunt factae, non reuertitur locus iterato offerendi eas. ergo nullo modo aliquis ex necessitate praecipiti ad oblationes tenetur.

¶ 3. Prae. Quicumque aliquid tenet reddere Ecclesiae, si non reddat, potest ad id compelli per subtractionem caeremoniarum sacramentorum: sed illicitum est his qui offerre noluerint, caeremonialia sacramenta denegare, & illud Decretum sextae synodi, quod habetur 1. q. 1. Nullus qui sacramentum dionem dispensat, a percipiente gratiam aliquid exigat: si uero exegerit, deponatur. ergo non tenentur homines ex necessitate salutis ad oblationes.

SED CONTRA est, quod Greg. 9. dicit. Omnis Christianus procuret ad missarum solemniam aliquid Deo offerre. RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, Nomen oblationis comest ad omnes res, quae in cultum Dei exhibentur: ita quod si aliquid exhibeatur in cultu diuini, quasi in aliquod sacramentum, quod inde fieri debeat, presumendum est, & oblatio est & sacrificium. Unde Exo. 2. d. Offeres totum arietem in incensum super altare. Oblatio est Domino odor suauissimus uictimae Dei. & Leuit. 2. d. Anima cum obrulerit oblationem sacrificii Deo, simul erit eius oblatio. Si uero sic exhibeatur, ut integrum maneat diuino cultui deputandum, uel in usus ministrorum expendendum, erit oblatio, & non sacrificium. Huiusmodi ergo oblationes de sui ratione habent, quod uoluntarie offerantur, & illud Exo. 25. Ab homine qui offert ultroque accipietis eas. Potest tamen contingere, quod aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione.

Primo quidem, ex praecedenti conuentione, sicut cum alicui conceditur aliquis fundus Ecclesiae, ut certis temporibus certas oblationes faciat: quod tamen habet rationem census. Secundo pro praecedente deputacione, siue promissione, sicut cum aliquis offert donationem inter uiuos, uel cum relinquit in testamento Ecclesiae aliquam rem mobilem, uel immobilem in posterum soluendam. Tertio modo, pro Ecclesiae necessitate, puta, si ministri Ecclesiae non habent uisum sustententur. Quarto, pro consuetudine. Tenentur enim fideles in aliquibus sollemnitatibus ad aliquas oblationes confuere: tamen in his duobus ultimis casibus remanet oblatio quodammodo uoluntaria, scilicet quantum ad quantitatem, uel speciem rei oblatae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in noua lege homines non tenentur ad oblationes causa sollemnitatum legalium, ut in Exodo dicitur, sed ex quibusdam aliis causis, ut dictum est. AD SECUNDUM dicendum, quod ad oblationes faciendas tenentur aliqui, & antequam fiant, sicut in primo, & tertio, & quarto modo: & etiam postquam eas fecerint per deputacionem, siue promissionem. Tenentur enim realiter exhibere quod est Ecclesiae pro modum deputacionis oblatum.

AD TERTIUM dicendum, quod illi qui oblationes debitas non reddunt, possunt puniri per subtractionem sacramentorum, non per ipsum sacerdotem, cui sunt oblationes faciendae, ne uideatur per sacramentorum exhibitionem aliquid exigere, sed per superiorum aliquem.

ARTICVLVS II. Vtrum solum sacerdotibus debeantur oblationes.

AD SECUNDUM sic proceditur. VI. quod oblationes non solum sacerdotibus debeantur. Inter oblationes enim praecipue uidemus esse, quod hostiarum sacrificiis deputantur: sed etiam quod pauperibus dantur, in scripturis hostiae dicitur, & in incensum super altare. Beneficentiae, & comunionis nomine oblationis. Talibus enim hostiis promeretur Deus. ergo multo magis oblationes pauperibus debentur.

¶ 2. Prae. In multis parochiis monachi de oblationibus partem habent: alia autem est cura clericorum, alia monachorum, ut Hieronimus dicit. ergo non solum sacerdotibus oblationes debentur.

¶ 2. Prae. Laici de uoluntate Ecclesiae emunt oblationes, ut panes, & uinum: sed non nisi, ut haec flos usus conuertant ergo oblationes possunt etiam ad laicos pertinere.

SED CONTRA est, quod dicit Canon Damasi Papae, & habetur 10. quaestio. 1. Oblationes, quae intra sanctam Ecclesiam offeruntur tantummodo sacerdotibus, & quotidie Domino seruire uidentur, licet comedere & bibere: quia in ueteri testamento phibuit Dominus panes sanctos comedere filiis Israel, tantummodo Aaron, & filiis eius.

Grego. 7. & habetur de Consecrat. di. 1. c. Omnis Christianus. Q. praec. art. 3.

RESPOND. Dicendum, qd sacerdos quodammodo constituitur sequenter, & medius inter populum, & Deum, sicut de Moysse legitur Deut. 5. & ideo ad eum pertinent diuina dogmata, & sacramenta exhibere populo: & iterum ea, quae sunt populi, puta, preces, & sacrificia, & oblationes per eum Domino debent exhiberi, secundum illud Apost. ad Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Et ideo oblationes, quae a populo Deo exhibentur, ad sacerdos res pertinent non solum, ut eas in suos usus conuertant, uerum etiam ut fideliter eas dispendent, partim quidem expendendo eas in his, quae pertinent ad cultum diuinum: partim uero in his quae pertinent ad proprium uictum: quia qui altari deseruiunt, cum altari participant, ut dicitur 1. ad Corinth. 9. partim etiam in usus pauperum, qui sunt, quantum fieri potest, de rebus Ecclesiae sustentandi: quae & Dominus in usus pauperum loculos habebat, ut Hierony. * dicit super Matthaeum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ea quae pauperibus dantur, sicut non proprie sunt sacrificia, dicuntur tamen sacrificia, in quantum eis dantur propter Deum: ita etiam secundum eandem rationem oblationes dici possunt, tñ non proprie dicitur, quia non immedia te Deo offerunt. Oblationes uero proprie dicitur in usus pauperum cedunt, non per dispensationem offerentium, sed per dispensationem sacerdotum.

AD SECVNDVM dicendum, qd monachi, siue alii religiosi pnt oblationes recipere tripliciter. Vno modo, sicut pauperes p dispensationem sacerdotu, uel ordinatione Ecclesiae. Alio modo, si sint ministri altaris: & tñc possunt accipere oblationes sponte oblatas. Tertio modo, si parochiae sint eorum: & tunc ex debito possunt accipere oblationes taq Ecclesiae rectores.

AD TERTIVM dicendum, qd oblationes postq fuerint consecratae, non possunt cedere in usum laicorum, sicut uasa, & uestimenta sacra: & hoc modo intelligitur dictum * Damasi Papae. Illa uero, quae non sunt consecrata, possunt in usum laicorum cedere ex dispensatione sacerdotum siue per modum donationis, siue per modum uenditionis.

ARTICVLVS III.
Utrum homo possit oblationes facere de omnibus rebus licite possessis.

A Videtur, qd non possit homo oblationes facere de omnibus rebus licite possessis: Quia sñ iura humana, turpiter facit meretrix in hoc, qd est meretrix, non tñ turpiter accipit, & ita licite possidet: sed non licet de ea facere oblatione, sñ illud Deute. 23. Non offeres mercedem prostibuli in domo dñi Dei tui: ergo non licet facere oblatione de oibus licite possessis.

¶ 2 Præ. Ibidem prohibetur, qd pretium canis nō offeratur in domo Dei: sed manifestum est, qd pñi canis iuste uenditi, iuste possidetur: ergo nō licet de omnibus iuste possessis oblationem facere.

¶ 3 Præ. Malac. 1. dicitur. Si offeratis claudum, & languidum, nōne malum est: sed claudum, & languidum est animal iuste possessum: ergo uidetur, quod non de omnibus iuste possessis possit oblatio fieri.

SED CONTRA est, qd dñr Proue. 3. Honora dominum Deum tuū de tua substantia: ad substantiam autem hominis pertinet quicquid iuste possidet: ergo de omnibus iuste possessis potest fieri oblatio.

RESPOND. Dicendum, qd sicut Augustinus dicit in libro, * de uerbis domini. Si depradaueris aliquem in ualidum, & de spoliis eius dares alicui iudici, si pro te iudicaret, tanta uis est iustitiae, ut & ibi displiceret. Non est talis Deus tuus, qualis non debes esse nec tu. Et ideo dicitur Eccle. 34. Immolantis ex ini quo oblatio est maculata. Unde patet, quod de iniuste acquisitis, & possessis non potest oblatio fieri. In ueteri aut lege, in qua figura seruiebarur: quaedam pp significationem reputabantur immunda, quae offerre non licebat: sed in lege noua omnis creatura Dei reputatur munda, ut dicitur ad Titu 1. Et ideo quantum est de se, de quolibet licite possessis potest oblatio fieri. Per accidens aut eōtin git, qd de aliquo licite possessis oblatio fieri non pōt, puta, si vergat in detrimentum alterius, ut si filius aliquis offerat Deo id, unde debet patrem nutrire, qd Dominus improbat Matth. 15. Vel pp scandalum, uel propter contemptum, uel aliquid aliud hñmōi.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd in ueteri lege prohibebatur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam: in noua autem lege propter scandalum, ne uideatur Ecclesia fauere peccato, si de lucro peccati oblationem recipiat.

AD SECVNDVM dicendum, qd in ueteri lege prohibebatur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam: in noua autem lege propter scandalum, ne uideatur Ecclesia fauere peccato, si de lucro peccati oblationem recipiat.

essenti ministrare sacramenta. Si non confenserit, prostrari coram aliis debet, quod non propter quia ad eum peruenire debent oblationes, sed quia ille non est paratus conscientiae suae consulere, neque sacramento, donec superior consultus prouideat, & sic debet denuntiare superiori. Et interim non tamquam index, sed sicut participant in peccato mortali cum illo, negare sacramentum illi. Non remanet ergo perplexus, nec oportet eum usurpare sibi superioris potestatem.

Super Quaestione octuagesima sexta articulum 3. dicitur.

Articulus 3. eiusdem quaestio. omisso secundo, aduerte in responsione ad tertium, quod triplex ratio licite oblationis animalis caeci, aut claudi, sic distinguitur, quod prima penes inproportionem oblatio rei ad sacrificium: secunda penes hoc, quod res ipsa contemptibilis contemptibilem redderet diuinum cultum: tertia penes non uinculum aut eundem. Propter primam namq; non licet unum acetosum, aut farinam quasi corruptam offerre pro sacrificio Eucharistiae: quonia immaculato sacrificio sola immaculata materia proportionata est. Propter secundam, nestes concubinarum non debent, ubi sunt cognite, in sacras transferri uestes. Propter tertiam, qui uouit utrumque, non satisfacit, si infirmum offerat: quia uotum intelligitur de utroque in bono itatu. Vbi ergo qualem habet rem Deo quis offert, & nihil horum inconuenientium sequitur, bene facit.

Sermo. 55. ante mediam tom. 10.

D. 937.

